UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Jesus Nazarenus vulneratus. Myrrha & Aromata.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49469

Visual Library

Prudentiæ, dùm aſcendit in arborem Crucis, vt ligno vitæ deſtrueret lignum mortis. Temperantiæ non refigendo manus, ſed clauis affixa tolerando. Juſtitiæ, ſatisfaciendo pro libertate manuum Adami ſuâ conclauatione. Fortitudinis, inceptum opus Redemptionis non interrumpendo, non deſerendo Crucem vſque ad mortem.

3. In iisdem ſanctiſſimis vulneribus deprehenduntur, & quidem in gradu excellentiſſimo, virtutes humilitatis, obedientiæ, patientiæ. Quæ maior humilitas, quàm pendere ceu principem in medio latronum? Quæ maior obedientia, quàm pro obedientia mori? Quæ maior patientia, quàm bonum pro malo reddere, & orare pro iis, qui eum de facto in Crucem agebant, & ſubſannabant.

CONSIDERATIO XIV.

JESUS NAZARENUS VVLNERATVS.

Myrrha & Aromata.

1. INcluſa anima in Christi Vulneribus cum Sponſa dicere poteſt: *Meſſui myrrham meam cum aromatibus meis.* Id eſt, *myrrham Paſſionis cum aromatibus gaudiorum.* Triſtatur ob Chriſti mortem; attamen triſtitiam & dolorem concludit gaudio Reſurrectionis. O beata vulnera, *myrrhea & aromatica vulnera*! quomodò commutatis amarorem in dulcorem? quomodò à magnitudine conſolationis & gaudii dolor omnis opponitur & extinguitur? *Cant.* 5.

2. Dicamus cum Propheta: *Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Ieſu meo*, vel, vt alii legunt, *Saluatore meo, ſalute meâ, factore redemptionis meæ.* Exultabo in Deo, in quantum eſt meus Jeſus, Saluator. Quaſi dicat; quamuis hoc nomen ſalutis, quodque in effectu ſit Jeſus, Saluator, multis *Haba.* 3. *Septuag. Pagn. Vatab. & alii, Chald.*

comparuerit plagis & tormentis etiam poſt
imò vix natus; nihilominùs dùm conſi
deratione dolorum & vulnerum Saluatoris
leo, in quantum fuit doloroſus, exulto etiam
S. Ambr. tum eſt glorioſus. *Exultatio noſtra* (inquit
ſerm. 80. ſius) *eſt extra ſaltatio*: quod ſignificat inge
nam lætitiam, quæ intùs non clauditur, ſed fo
2. Reg. 6. veluti legitur de David, *qui ſaltabat coram*
ſaltationem à nobis requirit Dominus: non corp
cundùm corporis volubilitatem; *ſed ſpiritua*
dum fidei ſanctitatem. Et quemadmodum
corpore non ſubſiſtit in eodem loco, *ſed*
colluſtrat, ſeque librat rurſùm, deorſùm,
dextrorſùm; ita hunc affectum iubili exult
pudii nos, qui in Vulnera Chriſti introgre
excipere decet, ſaltando de vulnere in Vuln
erigendo nos in altum, oculos contempla
gendo in Paradiſum lanceâ ſeu claue reſera
deſiliendo in abyſſum Inferni clauis obſera
proſiliendo, quaſi triumphando de inimic
poteſtate tenebrarum virtute Sanguinis deb
S. Bona. denique cum Bonauentura: *Omnia perluſtr*
videam ſuo ſanguine cruentata. Gaudeat c
umphet terra: quia virtus & Gloria Chriſti
gnat, vbique triumphat, *in æternum, & vltrà*

3. Hic affectus exultationis eſt donum Spiri
& à Deo poſtulandus: quia iuuat ad dilatand
amplexandam maiori amplitudine & affect
nem Vulnerum Chriſti. Dices cum Sponſa:
Cant. 6. *lo, & veni Auſter, perfla hortum meum, & flu*
ta illius. Fugiat, & abſcedat ſpiritus malign
Diuinus, viſitet cœleſtibus inſpirationibus
animæ meæ, & fluent aromata Diui-
narum conſolationum.